Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bedae expositio in actus apostolorum - Cod. Aug. perg. 153

Beda <Venerabilis>

[Reichenau ?], [9. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42055

Visual Library

labii unius; & sermonũ eorundem. Ita dictũ uidetur. tamquã eo iam tempore quo dispsi
fuerint. una fuerit omnibus lingua. cum pocius recapitulando latentẽ adiungeret. quales
VII sint linguę diuersę. Septima eiusdẽ regula ẽ de diabolo & eius corpore. Aliquando enĩ
in diabolũ dr. quod non ipsi. sed in eius corpore possit agnosci. Sicut dns beato iob. eius
dem hostis fraudes & uires exponens. Inter alia dicit. Numquid multiplicabit ad te preces.
aut loquetur tibi mollia. Non enim ipse diabolus legitur usquã penitentiã acturus.
sed corpus ipsius. quod damnatũ in fine dicturũ sit. Dne dne aperi nobis. Has igitur
regulas. non in apocalipsi tantũ. id est reuelatione sci iohannis apli. quam isdem ticho
nius & uiuaciter intellexit & ueridice satis q; catholice disseruit. Praeter ea dum
taxat loca. in quibus sue partis id est donatistarũ scisma defendere nititur. persecutiones
quas ipsi a religioso principe ualentiano uidelicet ut heretici patiebantur. ecclesiis eorũ
& plebibus. domibusque & possessionibus. sub catholicorũ manu contraditis. & sacerdotib;
exilio pulsis deflet. & martyria uocat. Has in eadẽ gloriatur apocalipsi fuisse pre
dictas; Uerũ in omni quoq; scriptura canonica. & precipue pphetica easdem ingerere
regulas. quisq; uigilanter intenderit inueniet. Cuius quidem auctoris & nos in hoc ope
re sensũ secuti. nonnulla quę extrinsecus posuit. breuiandi causa omisimus.
Plura uero quę illi ut pote uiro ingenioso. & quasi de eo dictũ ẽ. uelud rosa in spinis
effloruit aperta. nec quesitu digna uidebantur. Quantũ uel magistrorũ traditione.
uel memoria lectionis. uel sciã capax nostri sensus attingere potuimus. sup adicere
curauimus. Nam & hoc in preceptis habemus. ut accepta talenta. cum usuris referã
mus ad dnm. Cumq; opus memoratũ inter libellos releuande mentis gratia fundi pla
cuisset. Nescio quo enim modo ut bearius augustinus ait. Ita libri termino reficitur lec
toris intentio. sicut labor uiatoris hospicio. Nihil omnius tunc ut facilior querenti
bus inuentio redderetur. eadem capitulorũ intemerata series. iuxta quod in ipso
libello quondã preposuit breuibus distinxerã. Pomnia uidebatur esse seruanda.
nrę siquidem. id est anglorũ gentis inertię consulendũ ratus. quę & nondudũ id e
temporis beati papę gregorii semen accepit fidei. & idem quam tepide satis excolit. nõ solũ dilucidare sensus. uerũ sententias quoq; stringere
disposui. Nam & aperta magis breuitas. quam disputatio plexa memorię solet infigi.
Opto in xpo ualeas dilectissime frater. bedaniq; tui. semp memor esse digneris.

EXPLICIT PREFATIO; INCIP TRACTATUS BEDE PRBI SUP APOCALIPSIN. LIB PRIM.

Apocalipsis ihu xpi. quam dedit illi ds palã facere
seruis suis. Fundata p apostolos ecctã. qualis uel cursu dilatanda uel
fine pficienda esset. ad roborandos contra mundi aduersa fidei predica
tores. oportuit reuelari. Cuius reuelationẽ mysterii. iohannes more suo.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg